Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ecce ego mitto uos. sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes
sicut serpentes. et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus.
Tradent enim uos in conciliis. et in synagogis suis flagellabunt uos.
Et ad reges et ad presides ducemini propter me. in testimonium illis et
gentibus. Cum autem tradent uos. nolite cogitare quomodo aut quid loquami
ni. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimi
ni. sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem. et
pater filium. et insurgent filii in parentes. et morte eos afficient. Et
eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem.
A. Hii sancti uiri a beati Dyonisii Matutina E. Hic saluus erit.
numquam sustinuerunt abesse presentia quos in unum interrogatio per
secutoris inuenit. A. Tali namque apud dominum meruerunt professione
migrari ut amputatis capitibus adhuc putaretur lingua palpitans dominum
confiteri. A. In hac ergo fidei constantia permanentes. reddentes terre cor
pora beatas celo animas intulerunt. A. Beata nimium et deo nostro grata
societas inter quos nec primus alter potuit esse nec tercius. sed trinitatem
confitentes trino meruerunt decorari martyrio. A. Cogunt terris igne
profundisque gurgitibus martyrum corpora perdenda committere. Ymnus.
Alma lux. s. Euouae. A. Adest namque beati dyonisii sacratissima di
es in qua triumphans agonem expleuit et coronam martyrii accipere
meruit de manu domini. Ad Horas. De primo noct. II. Vesp. Or. ante laus. Euouae.
A. Et facta est comes multitudo celestis exercitus exanimi corporis bea
ti Dyonisii caput proprium deportantis laudans deum et dicens gloria
tibi domine. Gereonis et sociorum eius. A. Isti sunt sancti qui pro testamento. R. Absterget.
R. Viri s. R. Tradiderunt. Ad laud. A. Omnes sancti. Euouae. A. Sancti per fidem. Calisti Pape.
A. Beatus calistus dedit orationem dicens deus qui dispersa congregas et con
gregata conseruas auge fidem et fiduciam seruis tuis per xpm dominum nostrum.
R. Iste cognouit. R. Stola iocunditatis. R. Corona aurea. Ad laud. A. Qui me confessus. Euouae.
A. Qui dum esset. Galli abbatis. R. Beatus Gallus. In euuangelio.
A. Venerabilis Gallus diaconum qui omnes heremi semitas notas habebat
aggressus quesiuit ab eo an numquam inuenisset in solitudine locum hu
manis habitationibus oportunum desiderio inquiens animi feruentis ex
estuo cupiens in solitudine dies ducere huic uite concessos. Inuit. Regem conf.